

jam consilio studioq; comparans, mortem oppetiit Anno MCDLX. Funus illatum est Mausoleo sacri Montis Andecensis, in quo Canonicorum Collegium ex Pontificis sententia in Asceterium vertit. Ex Elisabetha Principe Wirtenbergica prima Coniuge nullam iustulit sobolem. Ex Anna verò, Erici Ducis Brunsvicensis Filia suscepit Filios septenos, ternas Filias. Joannes, Ernestus, Sigismundus, Christophorus, Wolfgangus & Albertus unus, omnes vel in pueritia, vel Coelibes defuncti sunt; Albertus alius, quem SAPIENTEM dixerunt, natus Anno Christi MCDXLVII. cum summa laude imperavit Boicæ, & Illustrissimum stemma ulterius propagavit, de quo agemus postea. Inter tres Principes Filias Barbara mortales nuptias averfata, Christum Francorum Regi, Virginitatis Lilia Gallicis prætulit, & Monachii in Parthenone Angerano, PIAM, ut à Patre hauserat, vitam tantâ que vocatione dignam egit, & mortem non absque prodigiis obivit.

An. Chr.  
MCDLX.

XXXV.

ALBERTVS SAPIENS,  
ALBERTI PII FILIUS,  
COMES PALAT. RHENI,  
DUX BOJARIÆ.



*Quis fuerim, vitæne gravis, virtutèque præstans  
Atque fide, nomen consule, certus eris.  
Ingenii vigor, & magnæ solertia mentis  
Sæpius ad magnas res mihi fecit iter.*

Reufnerus.

Regna